obstrictos. Expectabo igitur, ut quibus inani Collegi~~meis~~
meis, indices quid sit quod a me praestari commodis
tuis optaveris. Suadebunt ipsi, ut et officiorum
Excellentissimi D. Legati de Brun rationem habeas
neque id sine causâ, cum revera Viri istius autoritas
apud Principem nostram longè maximi ponderis
sit. Adstipulor proinde κὶ συζητεῖν eidem consilio
iterumque et iterum, quantum in me est virium et
operae, eodem animi affectu defero, quo praeclaram erudi-
tionem, caeterasque grandes virtutes tuas semper suspexi,
semper suspecturus sum. Vale Vir Maxime
et me ama. Scrib: Hagae Com: Prid. XV. Cal. Dec.
CIↃIↃCLIII

D. T. ad obsequia addictus.

A ~~inimici~~ enimiae tuae repetitâ lectione C. H.
semper cum incaluissem, in id argumentum hoc
Epigramma ~~ke~~ ludebam.

(444).

Ludovico Henrico
Nassoviae Principi

Illustrissime atque Excellentissime Princeps. (487).

Quas ad me dignatus es, in gratiam D. Cyriaci Lentuli
clementissimas literas dare ijs ego respondere cupiam,
non tam verborum inaniis, quam factis, et obsequio
quali me non nuper obstrictum Illustrissimae domui
Nassavicae fateor libens meritoque. Cogitanti tamen
cujusmodi ~~sibi~~ à me opellam, praestari viro eximio
jubeas, mihi quidem non occurrit, quo testari
valeam, quanti gloriam parendi fecerim, quoties
cumque Tibi, Illustrissime Domine collibitum
fuerit, mandatis me tuis honestare. Nec ipse quidem
autor epistolâ ad me scriptâ, eò collimare videtur
ut historiae quam tractat pertexendae quidquam
a nobis suppeditetur, satis nimirum gnarus, res
ab Heroibus nostris publicè gestas ex eorum
commentariis, qui in idem argumentum complures
hactenus incubuere facilè se edoceri posse, quin, ut
ego mentem scriptoris capio, sustentando potius sibi
et animando quod faciat, conferre Principem pupillum
velit, quam ut schedulis ~~alio~~ situ fatis ~~instituatur~~ instruatur.
Eâ de re cum certiorem ego Celsissimam Principem
Aviam

Aviam feci, agnovit propensam viri eruditi vo-
tatem, omni et Nassuviorum, et Auriacorum
favore dignam esse, neque obscurè professa e
ubi aliquando, ad umbilicum perductus ille labo
luci publicæ exponetur, curæ sibi futurum, ut et n
nomine Nepotis sui, quâ par est humanitate exci
tur. De Schedis quod occapi dicere Princeps, Illustr
nihil est, quod inbeventi Cl. Lentulo magnope
intersit, præter ipsum librum Commentarium,
de rebus a se et suo ductu gestis Princeps Frederi
Henricus suâ manû ~~posteris~~ exaratum poster
reliquit. Enimverò aureum illud volumen e
neque Juliano postponendum: Ejus tamen ut a
cuiquam copia fiat, non arbitror impetrari posse
Premendum hactenus, non unâ de causâ judica
Princeps longè prudentissima: neque se ab instit
dimoveri passa est multorum votis et obtes
tibus sollicitata, inde ab excessu Principis Mari
Cessabunt certè causæ, quas dixi, et erit, Deo volen
cum exorari sese sinet, cujus nunc in simulatet Cim
nulli non pretiosissimo æquiparandum; Id beneficium
aliquando si impetramus, habebunt, hercule, scriptore
rum Belgicarum, quo suas singuli lucubrationes, a
mam revocent et incudem. Ego verò de re incertâ n
assero, de me meisque Tibi Princeps Illustrissime, omnia ob
polliceor, et quâ decet animi submissâ veneratione
dico dedicoque

Cels: T. ad humillima obse
devotissimus.

28: Jan. 1654
qu: 21 Dec. 1653

Westerbanio.

(438)

Ecce quaterniones tui, Vir Nobilissime postridiè quam
avelli ab amicâ potuere. Id nimirum heri accidit, et
octavam vespertinam. Habes unde augurium capi
de benevolentiâ lectorum. Ipse ego pleraque percur
omnia me variè nunc districtum fateor non perlegisse, n
quid